



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

IX. Kaiser Otto II. bestätigt dem Erzbisthume Magdeburg die Schlösser Pechow, Gummern und Lozkow und den Zehnten in mehreren Provinzen, namentlich in Ploni und Heuoldo, am 5. Juni 973.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

IX. Kaiser Otto II. bestätigt dem Erzbisthume Magdeburg die Schlösser Pechow, Gummern und Lozow und den Zehnten in mehreren Provinzen, namentlich in Ploni und Heuoldo, am 5. Juni 973.

In nomine sanctae et individuae trinitatis otto diuina fauente clemencia imperator augustus. Quoniam regiae uel imperatoriae dignitatis officium auctoritate sua statum aecclesiarum dei corroborare, idcirco nos rogatu et admonitione genitricis nostrae dominae adalhedis, super statu sanctae magadaburgensis aecclesiae sollicito cogitantes, ob memoriam et remedium animae piissimi genitoris nostri domini ottonis, qui eam in honore sanctorum apostolorum petri et pauli et sancti mauricii martyris a fundamento construxit, auctoritatis nostrae privilegiis seu decretis munire decreuimus, ut in eo dignitatis uel excellentiae uigore, quo idem excellentissimus noster genitor illam sublimauit, permaneat nec in aliquo liberalitatis uel munificentiarum ab illo sibi collatarum quiddam detrimenti patiat, certissime uolumus. Praedia et territoria seu aedificia uel mancipia seu quaecunque donaria quibuscunque regni nostri partibus eidem aecclesiae ab eo collata cuiuscunque sint beneficia uel iam in eiusdem habeantur aecclesiae uesitura, nostra iterum auctoritate roboramus et ne ab aliquo uel infirmentur siue minuantur omnimodo iubemus. Castella siue municipia in orientali parte albiae fluminis sita pechoue scilicet gummere et lozcoue ¹⁾, cum omnibus appendiciis et utilitatibus suis, sicut ipse piissimus genitor noster sancto mauricio munificentissime optulit, nos quoque auctoritatis nostrae praecepto eidem aecclesiae roboramus et confirmamus omnemque decimam mellis siue acquisitionis siue unundationis in prouinciis siue pagis subnominatis hoc est siufle ²⁾, citice, Sirmuniti ³⁾, cholidici ⁴⁾, neletiki iuxta mildam flumen, nikike ⁵⁾ in quo belgora, paruum neletiki ubi turguo stat ⁶⁾, citice iuxta albiam, chuntici, in quo brolo (übergeschrieben: vvolaboo) nikike ⁷⁾, cui comes hodo praeesse uidetur, zluuini, lufice, ploni, kiruifti, buchue ⁸⁾, nigenburg, zitoua ⁹⁾ et in toto morkeni totoque drenzile et heuoldo, sicut beatae memoriae genitor noster sancto mauricio liberaliter optulit, Nos quoque pro amore eius eidem aecclesiae offerimus, donamus et confirmamus et ne ab aliquo fidelium nostrorum, qui easdem regiones siue in beneficio uel in ministerium habent, eadem decima subtrahatur, hoc praesenti praecepto firmissimo inhibemus, sed archiepiscopo sanctae magadaburgensis aecclesiae haec supradicta omniaque a pio genitore nostro pro dei amore et remedio animae suae illuc oblata suis ut res aecclesiasticas iuxta libitum usibus adiungant. Et ut hoc auctoritatis nostrae praeceptum firmum et stabile permaneat, cartam hanc conscribi et anuli nostri impressione signari iussimus et manu propria subtus firmauimus. Datum non. Jun. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXXIII. Indict. XIV. A. imperii domini ottonis serenissimi imperatoris augusti VII. Actum magadaburg.

Aus dem Liber privilegiorum S. Mauricii in Magd. fol. 52. — Abdruck des Originals in Hoefer, Ehrhard und v. Me dem, Zeitschrift für Archäologie II, 350, Zehnterhaft in Woyfen h. Magazin I, 109.

¹⁾ Original nach Hoefer: Loztoue. ²⁾ Hoefer: Siufli. ³⁾ Hoefer: Sirmunti. ⁴⁾ Hoefer: Cholidiki. ⁵⁾ Hoefer: Nidkike. ⁶⁾ Hoefer: Turguo stat. ⁷⁾ Hoefer: Chuntici Uuolauki in quo Broto, Nidkike. ⁸⁾ Hoefer: Buchue. ⁹⁾ Hoefer: Zizouua.